DE VITA NICOLAI BANE ADOLESCENTULI COMMENTARIUM CUM ITALICA...

Domenico Agostini

4

DE VITA

NICOLAI BANE

ADOLESCENTVLI

COMMENTARIVM

CVM ITALICA INTERPRETATIONE

VENETIIS

TYPIS AEMILIANIS IMPR.

1864.

PETRO . BANE . ET . ANNAE . LOCATELLIAE

NICOLAILLI · ADOLESCENTVLI · RARISSIMI

PARENTIBVS . OPTIMIS . PIENTISSIMIS

DOMINICVS . AGOSTINIVS . CAN . ECCL . TARV.

VICARIA . DIGNITATE . IMMOBILI . IVRE . EXORNATVS

QVI . INNOCENTIAE . VIRTVTISQVE . FILI

AD . SVPREMAM . IPSIVS . HORAM . TESTIS

COMMENTARIVM . DE . EIVSDEM . VITA

SCRIBENDVM . EDENDVMQVE . CVRAVIT

PRAECLARA . PARENTVM . MERITA . ADMIRATVS

HONORIS . PIETATISQVE . CAVSSA

DEDICAVIT.

Cani sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata.
Sap. IV. v. 8. 9.

I. Nicolaus Bane honesto genere, Petro et Anna Locatellia, anno M.DCCC.XXXXVIII. Vicetiae natus est. Hunc si hominum vitam, e divini oraculi monitu, virtute metiamur non annis, nemo eat inficias, adulta iam aetate decessisse, qui tamen vix ad annos adolescentiae pervenit. Fuit enim in puero, praeter acre ingenium et singularem doctrinae amorem, summa integritas et suavitas morum, atque alacre religionis studium; adeo ut pietatis idem et scientiae laude nobilis inter aequales, maioribus natu prudentia et gravitate longe praestiterit. Sed antequam de eius virtutibus quae exponenda habemus dicere aggrediamur, non praetereundum quod de eiusdem ortu commemoratione dignum reperimus, quum neque suae vitae exordium optimo caruerit auspicio. Etenim et faustissimo die, Puerperae Virgini sacro, in lucem susceptus est, et pater vix natum infantem, quem idcirco almae Virgini acceptum referebat, ad caelum inter manus sublatum eidem Dominae nostrae, assentiente vehementer matre, in tutelam tradidit.

Canuti sono i sentimenti dell'uomo
e l'età della vecchiezza è la vita
immacolata.

I. Nicolò Baue nacque di onesto legnaggio in Vicenza, l'anno 1848, da Pietro ed Anna Locatelli. Se la vita dell'uomo, secondo che ci ammonisce la Divina Sapienza, non dagli anni si misuri ma dalla virtù, nessuno sarà che nieghi, esser morto questo in buona età, quantunque sia pervenuto appena agli anni della adolescenza. chè oltre un acuto ingegno e peculiar bramosia di sapere, era nel fanciullo eziandio somma innocenza, soavità di costumi e caldo amor di religione. onde ragguardevole in pregio di pietà e di scienza tra'coetanei, di molto per senno e gravità avvantaggiossi da' maggiori dell'età sua. Ma innanzi di metter màno a dir ciò che abbiamo da contare di sue virtù, non è da lasciar quello che degno è da ricordarsi sopra il suo nascimento, quando non fu privo di buon augurio nemmeno il cominciar di sua vita. Conciossiachè e nacque egli il faustissimo dì sacro alla Purificazione della gran Vergine, e il padre, che riguardava perciò il bambolo come dono di Lei, levatolo appena nato in su le braccia verso il cielo, profferselo in guar-

qua de re mirum quantum ex ea die pii parentes studium omne, omnemque curam ad filiolum custodiendum fovendumque contulerint.

II. Vbi igitur per aetatem licuit (quod maturius sese in eo proderet ingenium) pietate religiosisque moribus iam imbutus, ut prima disceret elementa, ludi magistro creditus est: qua in re tanta iam tum alacritate diligentiaque puerulus usus est, ut spem omnium vicerit. nam et laboris (ultra quam scilicet aetatis infirmitas ferre posse videretur) patiens erat, et quae ei tradebantur ita celeriter arripiebat, sexto ut aetatis anno vix expleto, non legere modo emendate atque scribere noverit, verum etiam primas italae dictionis leges plane didicerit. Qui quidem studiorum suorum fructus spem longe maioris parentibus quum fecisset, caussa fuit cur hi de potiori absolutaque filii institutione cogitarent. Et quamquam aegerrime delicium suum a se avelli patiebantur, tamen quum prudentes essent magnaque virtute praediti, et pueri commodum suo facile praeferrent solatio, Sodalibus e Societate Iesu, qui anno superiore ephebeum in Patavina domo aperuerant, ad litteris bonisque artibus, nedum religione omnique humanitate, erudiendum tradere decreverunt.

III. Re ita constituta, haud morae trahuntur, et quum iam tempus adventaret, quo in gymnasiis studia, post autumnales ferias, renovari solent, Patavium a parentibus deductus, Nicolaus Fagnanianum collegium, novembri illius anni M . DCCC . LIIII. mense ineunte, ingressus est. Alumnis

dia, facendo a ciò plauso con tutto l'animo la madre, alla stessa Nostra Signora. di che non è a dire se da quel dì i pii genitori mettessero ogni amore ed ogni sollecitudine in custodire e ben allevare il figliuolino.

II. Adunque come l'età il consentì (dacchè lo ingegno davasi a divedere in lui assai di buon'ora) fu affidato ad un maestro di scuola perchè, esercitato come già era nella pietà e religiose costumanze, erudisselo nelle prime lettere: nella qual cosa tanta la prontezza e diligenza del fanciullino si fu da vincere la comune aspettazione. chè ed era sì paziente della fatica (certamente più di quello che sembrar potesse comportarlo la tenera età) e sì pronto all'apprendere quanto veniagli insegnato, che valichi appena i sei anni, e' non pure sapea leggere e scrivere correttamente; ma bene s'avea eziandio apparate le prime regole della italiana favella. Or siffatto vantaggio còlto da' suoi studi, che ben ne facea a' genitori sperare un troppo maggiore, fu ad essi cagione di pensar di dare al figliuolo educazione migliore e compita. E comechè a mal in cuore sostenessero spiccarsi da sì cara gioia, pure essendo eglino savi e virtuosissimi, e guardando più all'utile del fanciullo che non al proprio diletto, fermarono di darlo ammaestrare nelle lettere e buoni studi, non che nella religione e vivere costumato a' Padri della Compagnia di Gesù, i quali aveano l'anno innanzi aperto il collegio nella loro casa di Padova.

III. Stabilita così la bisogna, non vi furono indugi: e poichè già il tempo avvicinavasi, in cui soglionsi nelle scuole ripigliare, dopo le vacanze di autunno, gli studi, Nicolò menato da' genitori a Padova, entrò a' primi dì del novembre di quell' anno 1854 nel collegio Fagnani. Quivi fan-

ibi convictoribus id aetatis puer adnumeratus, suum statim officium accurate exsequi instituit: in eorum namque electorum numerum cum referendum nemo dubitet, qui ita inter alios versantur tamquam id operis munerisque habeant, virtute ut aequalibus praeeant, maioribus sese exemplum ad imitandum proponant. tantum enim in eo erat studium vel leges servandi, vel praesidum magistrorumque, qua de religiosis, qua de scholasticis rebus obsequendi voluntati, quantum in adolescente inveniri vix posse videretur. Quare multa praeclaraque eius sedulitatis progressusque in litteris testimonia proferenda in promptu essent, sed satis erit dictum si hoc unum attigero, Nicolaum in Patavino collegio minus solidum triennium explesse, et tamen quae in duabus primordiorum supremis scholis, quaeque in subsequentibus binis grammaticis traduntur, ita plane didicisse, ut et optime se iudicibus, sub cuiusque anni finem probaverit, et strenuo competitori, praemiis iamdiu assueto, scholasticam de manibus palmam eripuerit. De eius autem pietate quid multa commemorem? cuius iam adeo perspecta exploratataque integritas omnibus erat et religio, ut adhuc puerulus caelestis epuli particeps factus fuerit.

IV. Verum tota quum eius institutionis ratio tam belle tamque prospere succederet, et tantos Nicolaus vel in pietate, vel in litteris processus efficeret, ut evolare non excurrere videretur, accidit ei quod plerisque adolescentulis, in quibus ingenium aetatem longe antevertat, ut variis brevi afflictus morbis, tandem paene valetudinarius fieret. Nam

ciullo in quella età annoverato tra' convittori, cominciò di presente a fornire con diligenza i suoi doveri. chè niuno dubitar può sul doversi lui porre nel novero di que' rari, i quali sì vivono in mezzo agli altri quasi sieno a ciò sortiti ed abbian tolto per ufficio di andare in virtù innanzi a' coetanei, e di proporsi come esempli da imitare a' maggiori. Conciossiacosachè tanta in lui era la premura di osservare la regola, e di fare il piacere de' superiori e de' maestri, sia nelle cose di religione, sia in quelle della scuola, da sembrare potersene appena trovare altrettanta in un adolescente. Per la qual cosa avremmo molte ed illustri prove alla mano da recare di sua diligenza e del suo profittar nelle lettere: ma cred' io che basti toccare questa sola, del non aver Nicolò compiuti nel collegio di Padova nemmeno tre interi anni, e tuttavolta aver appreso sì bene tutto che insegnasi nelle due ultime scuole degli elementi e nelle due susseguenti di gramatica, da poter ad ogni compier d'anno dare agli esaminatori buon conto di sè, e da giugner di più a togliere di mano ad un valoroso competitore, avvezzo già da tempo ai premi, la scolastica palma. E rispetto alla pietà, che starommi io qui a ricordare di lui molte cose? quando già era a tutti sì nota e provata la sua innocenza e religione, che fu ammesso tuttavia fanciullino alla mensa divina.

IV. Se non che andando per sì bel modo e tanto prosperamente il fatto di sua educazione, e profittando Nicolò, vuoi nella pietà, vuoi nelle lettere, per forma che non parea correre ma volare; avvennegli ciò che a' più de' giovinetti, nei quali troppo vada innanzi l' ingegno alla età, che molestato da varie malattie, finì con diventare per poco infermiccio.

172

tam cari capitis infirma erat gracilisque corporis habitudo, nec mentis viribus praeproperoque ingenio ullo modo congruebat. quo factum est ut decimo aetatis anno, cum hac de caussa, tum etiam ex nimio labore, illa primo correptus febri, quam a prodeuntium pustularum parvitate atque forma miliariam vocant, deinde e spina gravius periculosiusque laborare inciperet. Cuius quidem morbi natura quum et aliquantulum otii et diuturnam exquisitioremque posceret curationem, ad filium domum revocandum, parentes nihil tale suspicantes, induxit. Itaque XII. Kal. oct. illius anni, qui tertius a coepta Patavina institutione erat, Tarvisium, quo tota interim domus habitatum concesserat, non sine lacrimis, et magnum sui desiderium et apud condiscipulos et apud magistros relinquens, Nicolaus se recepit.

V. Afflictae eius valetudini partim domi optimi parentes, partim in Ambrosiano amoenissimo rure (ad Miram extremo in agro Patavino posito) Angela Locatellia matertera et Antonius Missiaglia vir eius, cives spectatissimi lautique in primis, quibus nulla quum esset proles, Nicolaus et Angelilla soror erant pro filiis, mederi omni ratione perrexerunt. Neque vero tot in irritum ceciderunt curae. namque cum his, tum autumnalis otii beneficio, adolescentulo brevi e morbo satis recreato, ad intermissas scholasticas exercitationes in annum proximum reverti datum est. Et quando sacrum seminarium iunioribus clericis in spem Tarvisianae ecclesiae instituendis apertum, ex praepositorum indulgentia, externis etiam adolescentulis patebat, parentum iudicio et voluntate (quorum in animo erat ita filii eruditioni prospicere ut eius innocentiae omnino consultum

Avvegnachè sì caro fanciullo debole e scarso era della persona, la quale non punto rispondeva alla vigoria della mente ed al precorrere dello ingegno. donde venne che ne' suoi dieci anni, tra per questo e per la soverchia fatica, fu da prima còlto da quella febbre, che per la piccolezza e forma delle bollicine che n' escono, dicono migliare; e da poi patì di male più grave e più pericoloso alla spina. La qual malattia essendo di così fatta natura da richiedere alquanto di riposo e cura più squisita e lunga, mosse i genitori, i quali non punto avrebbon ciò sospettato, a richiamare presso di sè il figliuolo. Nicolò dunque a dì 20 di settembre di quell'anno, che correa il terzo dal cominciamento di sua educazione in Padova, si ricolse non senza lagrime, e lasciando grande desiderio di sè ne' condiscepoli e ne' maestri, a Treviso, dove i suoi passati erano in questo mezzo ad abitare.

V. Continuossi a curare la travagliata sanità di lui parte dagli ottimi genitori in casa, parte nella deliziosissima villa di santo Ambrogio (posta presso Mira a' confini del Padovano) dalla zia materna Angela Locatelli e dal marito di lei Antonio Missiaglia, cittadini ragguardevolissimi e assai doviziosi, i quali non avendo prole, teneano Nicolò e la sua sorella Angiolina in conto di figliuoli. Nè a vuoto andarono in vero cotante cure, chè e per queste e per lo beneficio del riposo autunnale, in breve tempo tornato il giovinetto in sufficiente sanità, potè per l' anno prossimo rimettersi alle intramesse scolastiche esercitazioni. E giacchè quel sacro seminario, ove allevansi alla speranza della chiesa Trevisana i giovani cherici, per concessione de' superiori, era eziandio aperto a' giovinetti di fuori, cominciò a frequentare a suo tempo, così giudicando e volen-

esset) ad illius gymnasii scholas itare quotidie in tempore coepit. Itaque in his quas duas reliquas habebat grammaticae partes absolvit. et contracto etsi morbo sic identidem biennio illo tentabatur, ut studia in duos tresve menses intermittere fuerit coactus, attamen facto periculo, non idoneus modo ad altiora persequenda habitus est, verum etiam sapientes illi rectique iudices, quibus excutiendus oblatus fuit, summam solerti discipulo laudem tribuere non desinebant. Qua de re si adversa usus valetudine tam copiosum ingenii diligentiaeque fructum referebat, quem arbitramur integra relaturum fuisse? at veriti parentes ne forte scholasticae laudis aemulatio, ultra id quam quod eius corporis imbecillitas pateretur, filium ad laborem incitaret, ut quod plus doctrinae ex publica disciplina capiebat, id totum in valetudinis perniciem redundaret, cum inter domesticos parietes, sua blandius studia persequi satius esse duxerunt.

VI. Delecto igitur e probatis praeceptoribus praeclarissimo, qui quum omnem docendi, quae publice traduntur, rationem optime teneret (quippe qui in regio iamdiu gymnasio docebat) vir erat simul probus aeque ac navus; huic in disciplinam Nicolaus traditus denique atque commendatus. Itaque tali sub magistro (quem usque eo ducem auctoremque studiorum suorum habuit, dum his per valetudinem vacare potuit) biennium politiori humanitati studuit: atque mirum quam in arte bene dicendi profecerit. Scripta eius exstant quaedam itala oratione, in quibus plu-

dolo i genitori (i quali intendevano provvedere alla istruzione del figliuolo in guisa che ne fosse al tutto salva la innocenza), tutti i dì quelle scuole. In queste adunque fornì egli le due altre parti della gramatica che gli rimaneano. e comechè in que' due anni venisse a quando a quando molestato dalla contratta infermità da dover per due o tre mesi cessarsi dallo studio, pure venutosi alla prova, non solo fu giudicato idoneo a passare a' studi superiori; ma di più que' sottili e diritti giudici, a' quali presentato fu per l'esame, non rifinavano di tributar somme lodi al solerte discepolo. Per la qual cosa se così cagionevole di persona come era, ritraea pur cotanto frutto d'ingegno e di diligenza, quale crediam noi n' avrebbe egli còlto, ove goduto avesse di ferma salute? Se non che temendo i genitori, non forse le scolastiche gare il figliuolo a più di fatica stimolassero, che non consentissegli la debole complessione, cotalchè quel di più che ritraea di vantaggio dalla pubblica scuola nella istruzione, tutto poi a danno tornasse della sanità, giudicarono miglior cosa essere, che si continuasse ne' suoi studi tra le domestiche mura.

VI. Scelto perciò tra' provati un valentissimo maestro, il quale dello insegnamento delle pubbliche scuole appieno conoscendosi (come quegli che da assai tempo insegnava nelle regie) era insieme uomo altrettanto probo che diligente, a lui da ultimo dato fu Nicolò e raccomandato perchè lo istruisse. Adunque sotto cotal maestro (ch' egli si ebbe per autore e guida de' suoi studi per fino che la sanità permisegli di studiare) si applicò per due anni alle umane lettere e non è a dire quanto profitto e' facesse nella rettorica. Si conservano tuttavia certi suoi scritti in prosa ita-

ris ne totius operis ordo atque ratio, sententiarumque gravitas faciendae sint, an verborum atque stili elegantia, dicere non ausis. Qui nimirum sapientes viri attente ea legerunt non facile hi sibimet persuadebant, tam scite tamque concinne, adolescentulum id aetatis scribere potuisse: omnique interim lucubrationes, earumque auctorem laude cumulabant. Libavit etiam per idem tempus ex selectis auctoribus poeticen, quae quantum vel ad mentis aciem excitandam, vel ad vim formamque eloquio reddendam, utilitatis delectando afferat, est nemo quin cognoscat.

VII. Ad aliarum interim graviorum disciplinarum studium animum adiungere non destitit, quarum primordia quoad eius, in tanta discendarum rerum, dicam an ne confusione an copia, facere potuit, non vulgari ratione didicit. Mathematicis vel maxime, et iis potissimum quae ad μηχανικὴν spectant oblectabatur. Qua de re lepidum sane iucundumque erat, adolescentulum de tractoriis machinis, mirando aetatis nostrae invento, quae calidae vapore cientur, docte copioseque disserentem audire. nam et structuram omnem atque ordinem scite verbisque propriis describebat, et effectus de caussis deducendo, cur non aliter atque edisseruerat res se haberet, rationem subiiciebat. De geographia vero deque historia, quibus satis eruditus erat, quietis et relaxationis caussa, libros lectitabat. Sed quid multis moror? Nicolaus tam assiduam tamque accuratam operam studiis dabat suis, clare ut appareret, se alia oblectamenta solatiaque omnia iam aversatum, unis litterariis exercitationibus, magistri una consuetudine delectari. Enimvero ne otii quidem tempus ei otiosum fluebat, quandoqui-

liana, ne' quali tu non sapresti qual cosa apprezzar più, se l' orditura e la sustanza di tutto il lavorio, o le gravi sentenze e la eleganza delle frasi e dello stile. Certamente che que' dotti uomini, che lesserli con attenzione, non potean recarsi a credere, che un giovinetto di quella età sapesse scrivere con tanta assennatezza e sì leggiadramente: e intanto lodavano a cielo e quelli scritti e il loro autore. In questo tempo gustò pure alcun poco la poesia, studiandola ne' scelti autori, la quale non è chi non sappia quanto dilettando giovi a svegliare l' acume dello ingegno e a dar forza e vaghezza al dire.

VII. In questo mezzo non lasciò egli di attendere alle scienze più gravi, delle quali, per quanto potè in mezzo a tanta, non so se più mi debba dire confusione o abbondanza di materie, imparò in modo non comunale gli elementi. Dilettavasi più che d' altro delle matematiche, massime in ciò che a meccanica s' attiene. Di che bello era in vero e dilettevole udir il giovinetto dottamente e copiosamente ragionare di quella stupenda invenzione della età nostra, che sono le macchine trainanti a vapor d' acqua, conciossiachè e' ne descriveva aggiustatamente e co' propri vocaboli tutto l' ordine e la struttura, e dalle cause argomentando degli effetti aggiugnea la cagione del così e non altramente andarsi il fatto da quello ch' egli ragionato si avea. Il leggere poi libri di geografia e di storia, nelle quali pure erudito era a sufficienza, scusavagli ricreamento e riposo. Ma che stommi io qui a spendere più parole? Nicolò attendea con tanta assiduità e diligenza a' suoi studi, che ben si vedea, com' egli avverso ad ogni altro sollazzo e diletto, non sapea trovar gusto che negli esercizî letterari, e nel conversare

dem vel ipsis cum familiaribus, vel cum aliis qui eum forte convenissent, de scholasticis rebus aut colloquia serere aut quaestiones, pro personarum conditione, instituere solebat. quibus in congressibus gravis non molestus, comis non petulans, nihil unquam insolens, nihil gloriosum protulit: quin etiam nativum quemdam prae se animi candorem ferebat, ut et quisque, non eum scientiam iactare, sed sibi appetere, optime cognosceret, et ipse omnium in dies amorem et existimationem sibi pareret. Musicen quoque, ex illo suo miti et ad omnes lenitatis humanitatisque partes proclivi ingenio, amavit coluitque. neque dubium quin, longior si vita suppetisset, probabilis evasisset hydraula.

VIII. Neque vero tot occupationibus curisque distentus, negligere quae ad pietatem religionemque spectant fas sibi esse unquam duxit. Erga parentes, quibus cariorem secundum Deum habuit neminem, et cognatos aeque observans atque amans fuit: in familiares comi lenique animo, pudentem in omnes atque officiosum perpetuo se exhibuit. Ad Deum autem divinaque quum nullo negotio cogitatione ferretur, non scholasticos tantum labores omniaque sua ad aeterni eius numinis honorem referebat; verum etiam ima haec nostra cum supernis venuste, pro re nata, conferendo coniungendoque, tum omne se tulisse punctum arbitrabatur, quum ex optimarum artium studio atque cognitione pia mentis sensa piosque affectus traxisset. Sedulus innocentiae suae rigidusque custos, si quid minus pudice dictum audiret, continuo exhorrebat: et malevolorum obtrectatio-

col suo maestro. Ed in vero egli non passava oziosamente nemmeno il tempo dell'ozio, chè o con quelli di casa o cogli altri, che per avventura venisserlo visitare, soleva mettere ragionamento o proporre eziandio quistioni, secondo la qualità delle persone, di cose di scuola. Nelle quali conversazioni grave ma non molesto, piacevole ma non arrogante, non uscì mai in parole insolenti o di vanagloria; che anzi mostrava in sè certo natio candor d'animo per siffatta guisa, che e ben ognuno conoscea ch'egli non millantava dottrina, ma n'era bramoso, e guadagnavasi egli con ciò ogni dì più l'amore e l'estimazione di tutti. Amò pure la musica, per quel suo naturale dolce e propenso a tutto che è di umano e gentile, e coltivolla. nè può dubitarsi punto che ove egli vissuto fosse più a lungo, ne sarebbe uscito buon organista.

VIII. Non fu mai però che occupato in tanti studi ed applicazioni, si riputasse per questo licenziato di trascurare ciò che a pietà e religione s'appartiene. Egli verso dei genitori, de' quali non avea più cara cosa al mondo, e verso de' congiunti, fu non meno riverente che tenero: co' famigliari dolce ed umano, e rispettoso poi e cortese mostrossi sempre con tutti. Portato essendo senza fatica col pensiero a Dio e alle cose divine, dirigeva alla gloria dell'eterna maestà non pure le scolastiche occupazioni ed ogni altra sua cosa, ma di più ragguagliando egli con bel modo e legando, secondo che il destro gli venia, queste nostre basse cose colle supernali, allora stimavasi aver côlto nel segno quando avesse dallo studio e dal conoscimento delle arti belle cavato pii sentimenti ed affetti di devozione. Sollecito e severo mantenitore di sua innocenza, se per avven-

nibus neque aures neque fidem dare patiebatur. Religiosus sine fuco, diligens sine sollicitudine, statis horis totus in prece erat, et admissis rite saepius expiatis, sancta de altari reverenter libabat. Singulari praeditus erga magnam Dei Genitricem pietate, cuius praesentem opem, dum maxime aegrotaret, crebro et petebat et experiebatur, eam quasi filius amore perpetuo coluit. In Romanam etiam ecclesiam, maximumque Pontificem fide et studio secundus nemini, quum forte contra civilem eiusdem principatum, quosdam ex auctorum novarum doctrinarum sectatoribus, quadam die, obloquentes audisset, quamvis praesens praesentes redarguere, hominum auctoritatem veritus, non est ausus, excanduit tamen animo, erubuitque, et vix dum procaces illi de medio recessere: *Nae ego*, severiorem induens vultum, dixit patri, *iterum in huiusce hominum generis conspectum venire neutiquam patiar.* Quae si tum viro aequi observantissimo atque religiosissimo grata filii iucundaque cecidere verba, qualis ipse adolescentulus procedente aetate fuisset, qui a puero religionem iustitiamque tanto amore prosequebatur, satis aperte indicabant. Equidem non dubito quin Nicolaus, hanc si adhuc vitam viveret, in illorum adolescentium foret numero, qui olim in Fagnaniano collegio quum socii eius exstiterint, nunc dum haec scribimus, Patavini lycei magni auditores rem christianam et Pontificem maximum, civilemque eius principatum, ludibriis impiorum insectationibusque contemptis, magno animo immobilique fide, sermonibus, exemplis atque scriptis palam profitentur tuenturque.

tura gli avvenisse udir parola men pudica, inorridiva di presente: alle mormorazioni poi de' malevoli non volea prestare nè orecchi, nè fede. Religioso senza affettazione, diligente senza ansietà, alle sue ore tutto era in pregare, e confessandosi di frequente, con ogni riverenza cibavasi alla mensa divina. Devoto in peculiar modo alla gran Madre di Dio, il cui potente aiuto, massime infermo, chiedea spesso e provava, riverilla sempre ed amolla da figliuolo. Nella riverenza e nell'affetto verso della Romana Chiesa e del sommo Pontefice a niun altro inferiore, avendo un giorno a caso udito certi seguaci degli autori delle nuove dottrine, sparlare contro del principato civile di lui, avvegnachè osato non abbia, per riguardo all' autorità delle persone, di rimprocciarli a fronte a fronte, dentro però tutto si accese, e arrossò in viso, e come que' petulanti gli si tolsero d' innanzi, mettendosi egli in sul grave disse a suo padre: *No certamente che io per niuna guisa non sofferirò lasciarmi vedere la seconda volta a così fatta razza di gente.* Le quali parole del figliuolo se tornarono a quel signore, religiosissimo e osservantissimo del giusto, care e gradite, dicevano ben chiaro quale sarebbe stato egli il giovinetto crescendo negli anni, quando da fanciullo amava per siffatta guisa la religione e la giustizia. Quanto a me certamente punto non dubito ch'egli, se ancor fossegli durata la vita, sarebbe nel novero di que' giovani, che stati un dì suoi compagni nel collegio Fagnani, or mentre ciò scrivo, trovandosi a studio alla università di Padova, apertamente e con grande animo e incrollabil fede, disprezzando e motteggi e persecuzioni degli empi, professano e difendono la causa della religione, il sommo Pontefice ed il suo principato civile.

182

IX. At vero Nicolaus, virtutis litterarumque cupidissimus adolescentulus, tantam qui sui exspectationem omnibus adhuc fecerat, tertio nondum aetatis clauso lustro, caelo iam maturus reperiebatur. Tot namque tantaeque parentum, cognatorumque curae sollicitudinesque, blandimentaque materterae, quae vehementer quotidie magis eximium sororis filium amplectebatur, eumque in Ambrosiano fundo secum rusticatum quotannis vocabat, non ad firmam prosperamque assequendam valetudinem, sed vix ad vitam producendam profuerunt. Enimvero duobus mensibus elapsis postquam philosophiae studio se dediderat, sub anni videlicet M . DCCC . LXII. ingressum, miliaria lue, ex qua dubito an unquam omnino convaluerit, iterum graviusque correptus est. qui quidem anceps inopinatusque casus utrum plus timoris an moeroris, luctusque toti attulerit cognationi, non facile dixerim. Curatione ad exquisitioris artis normam statim adhibita (qua in re nulli parentes sumptui, nullique diligentiae unquam pepercerunt) morbus, primo impetu fracto, levior esse coeperat; sed virus interim quum viscera tanta tamque obstinata vi occupasset, ut remediis omnibus perpetuo obstiterit, in medioque intestino insedisset, accidit ut in lethalem miliaria febris tandem abiret tabem. Quare et stomachi dolores, morbo praecordia torquente, deinde accesserunt, et tantum fuit crevitque in dies ciborum fastidium, vix ut aegrotus aliquid, ad vitam tamdiu quam liceret sustentandam, sumere posset. Igitur assidua quum febricula vitam ei quasi telam, ut ita dicam, retexeret, eumque vegrandi tabescentem macie sensim vires deficerent, quae non modo occasio, sed etiam caussa exercendae virtutis, meritorumque augendorum illi fuit! mirum

IX. Ma Nicolò, giovinetto di così caldo amore per la virtù e per le lettere, che avea fino a qui tanta espettazione messa di sè in tutti, non fornito ancora il suo terzo lustro, trovavasi già maturo pel cielo. Conciossiacosachè le tante e sollecite cure de' genitori e dei congiunti, le amorevolezze della zia materna, la quale amava ogni dì più l' ottimo nepote, e volevalo ogni anno con seco a villeggiare in santo Ambrogio, non giovarono a procacciargli sanità ferma e prosperosa, ma solo a prolungargli la vita. In effetto dopo due mesi da che dato erasi tutto allo studio della filosofia, in sullo entrare cioè del 1862, infermò di nuovo e più gravemente di febbre migliare, da cui non erasi egli mai forse del tutto riavuto. il qual pericoloso e inopinato accidente dir leggermente io non saprei se più abbia recato a tutto il parentado di timore o di afflizione e di lutto. Messa subito mano alla cura, giusta i più squisiti metodi dell' arte (nella qual cosa i genitori a niuna spesa mai nè a diligenza perdonarono) la malattia, vinto il primo assalto, cominciò a dar giù, ma cacciatosi intanto il veleno per entro le viscere con tanto di ostinazione e di forza da sempre aver resistito a tutti i rimedi, e stanziatosi al mesenterio, avvenne che la migliare riuscisse finalmente in una tabe mortale. Per la qual cosa, martoriandolo dentro il male, gli si aggiunsero i dolori dello stomaco, e tanto lo prese e crebbegli di giorno in giorno la nausea del cibo, che a fatica prendere ne potea quel tanto che gli mantenesse, per fin che possibil fosse, la vita. Di che questa andandosi, per così dire, come sfilando per una febbricella continua, ed egli a poco a poco venendo per estremo di magrezza consumandosi, e mancandogli le forze, qual occasione mai, anzi ca-

nihilominus quam, tot inter tantaque seu morbi seu curationis incommoda, scholasticis tamen sermonibus adhuc oblectaretur: tum maxime quum ex philosophiae fontibus (ut supra monuimus) caelestia cognoscendi optandique argumenta sumere licuisset.

X. Verum ad potiora quae nobis suppetunt properemus. Multa profecto praeclaraque patientiae speique christianae exempla id temporis edidit; quae si ex eius vita tam puriter acta facilius est coniiciendo concipere, quam enarrando lectorum oculis exponere, nefas tamen nobis est prorsus oblivisci. Itaque Nicolaus in optimae mentis conscientia et in Dei fiducia perpetuo conquiescens, cruciatus molestiasque tam fortiter tolerabat, laeti ut dies sibi, quasi valetudinis prosperitate utenti, omnes effluerent. Patiens non expers sensus, fidens non audax unam Dei superumque flagitabat et opperiebatur opem. Querelae, nisi quas ingratiis dolorum acerbitas elicuisset, nullae, frequens admissorum confessio, crebra cum magistro pietatis colloquia, sermo fere de rebus divinis, vel de litteris, qui generosos sensus piaque vota referret. Ipse autem oculis, fronte, vultu denique, fida mentis imagine, animi securitatem, ne dicam laetitiam, constanter prae se ferebat. Quae quum is qui Nicolaum in lectulo cubantem saepius invisebat, eique confitenti dabat aures, attentius spectaret et animadverteret, ita penitus afficiebatur, ut a lacrimis nullo pacto temperare posset. Qui quidem haec memoriae prodita dum voluit, afflictae ut domui solatio et omnibus exemplo forent, subtristem Nicolaum tum solum se offendisse testatur quando forte parentum cogitatio animum subiisset. non enim fi-

gione, non s'ebbe di esercitar la virtù e accrescersi i meriti! però maravigliosa cosa si era, come tra tante molestie di morbo e di cura, prendesse tuttavolta ancora diletto dei ragionamenti di scuola. allora massimamente (come dianzi toccai) quando dai fonti della filosofia cavar si potessero argomenti per conoscere e desiderare le cose del cielo.

X. Ma egli è oggimai da affrettare per dir delle cose più notevoli, che ci rimangono. E in vero molti e chiari esempli e' diede di pazienza e di cristiana speranza, i quali se più facilmente immaginare si possono, argomentando dalla vita, che menò in tanta innocenza, che metterli innanzi a' leggitori contandoli, non è però a noi lecito passarcene del tutto. È dunque a sapere come Nicolò riposando sempre nel testimonio di sua buona coscienza, e nella fiducia in Dio, i patimenti e le noie tollerava sì pazientemente da passar tutti i dì lieti non altrimenti che sano fosse e prosperoso. Forte ma non insensibile, coraggioso ma non ardito, non chiedeva e non aspettava aiuto che da Dio e dai santi. Lamenti tu non udivi, salvo que' che avessegli spremuti contro voglia l' acerbità de' dolori, frequente era il confessarsi, spessi i colloqui col maestro di spirito, i suoi parlari o di cose di Dio o di studio, che palesavano generosi sentimenti e pii desideri. Egli poi negli occhi, nella fronte, in tutto il volto, fedele ritratto del cuore, mostrava costantemente la tranquillità, per non dir anche l' allegrezza, che s' avea di dentro. Le quali cose veggendo e attentamente considerando quegli, che spesso visitava Nicolò al letto e udivane le confessioni, era di tal guisa tutto dentro commosso, che non potea per niun modo le lagrime contenere. E questi pure che tai cose volle fossero scritte a con-

146

lius, tanta praeditus pietate, poterat quin suum ab iis digressum, eorumque casum luctumque interdum doleret. Verum non eum nisi paullisper et modice horum tangebat recordatio. nam quum admonitus in D. N. Iesum maiora pro nobis acerbioraque passum intueretur, cito ei vel animus vel tranquillitas redibat: quo etiam eidem animi moderatori sciscitanti: *num tot incommoda patienter ferret?* verius respondere potuit: *se omnia Dei amore libenter tolerare.*

XI. Tali modo quum in molesta curatione octo amplius menses consumpsisset, et animi labes, si quae adhuc exstitissent, tot incommodis patientissime toleratis eluisset, riteque saepius poenitentia expiasset, tandem ad diem VI. kal. oct. dolorum vitaeque supremum pervenit. a primo iam mane deficientes vires, anhelumque pectus, praeviaque cetera mortis signa, hanc adventare ac prope adesse satis superque indicabant. quare caelesti dono postremum de mensa Domini religiosissime sumpto, studium omne ad pie sancteque diem suum obeundum contulit. Precatio sive petendi auxilii gratia, sive ad testandum ex catholicae professionis formula fidem, spem, caritatem brevis sed frequens; crebrae item amorisque plenae ad Dei Matrem et ad Superos preces, ad quas non eum magis cruciatus impellebant quam pietas. Quamquam extrema quidem ille patiebatur, ut has aliquando voces ediderit: *heu! quam male me habeo: unum restat, meque recreat, quod in caelis me praemium manet.* Verum adulta nocte, doloribus nonnihil sedatis, animi tran-

solazione degli afflitti parenti e per comune edificazione, testimonia di avere allor solo trovato Nicolò un po' malinconico quando il pensiero traevalo a' genitori. avvegnachè un figliuolo di quella pietà che egli, non potea alcuna volta non sentire il dipartirsi da essi, e l'acerbo luttuoso lor caso. Ma poca cosa era questo pensier, che toccavalo, e di breve durata, poichè confortato a considerare in Gesù S. N. il troppo più ch' egli patì per noi di strazî, ben presto nel cuore tornavagli e la quiete e il coraggio. onde allo stesso padre spirituale, che interrogollo, *se cotanti incomodi pazientemente sofferisse*, potè secondo verità rispondere; *che tutto volentieri sostenea per amore di Dio.*

XI. Avendo in tal guisa nella noiosa cura logorati più di otto mesi, e con tanti incommodi pazientissimamente sofferti purgate, se ancor ve n' avea, le macchie dell' anima, e lavatele di spesso colla confessione, giunse finalmente al dì 26 di settembre, ultimo de' suoi dolori e di sua vita. Già fin dalla mattina per tempo e le forze che veniangli mancando e la difficoltà della respirazione, e gli altri segni che la morte precedono, davan troppo chiaro a conoscere, che questa avvicinavasi ed era presso al giungere. perchè preso con gran divozione il santo viatico, tutto si diede al prepararsi per morir bene e santamente. Breve ma frequente era il pregare o per chiedere aiuto o per testimoniare la sua fede, speranza e carità, giusta la formula della cristiana professione: spesse eziandio e piene di affetto le sue invocazioni alla Madre di Dio e ai Santi, cavategliele di bocca più dalla devozione che da' patimenti. Benchè in vero dire pativa fuor di modo, onde uscì una fiata in questi lamenti: *Oh! Dio, quanto male mi sento: non mi resta che*

quillitas iterum et serenitas adfuit. quo in statu eum quum reperisset pater, nihil ingruentis periculi suspicatus cubitum discesserat. At Nicolai vitam iam in exitu esse brevi apparuit. quamobrem sacro lustrali oleo, fortissima adstante matre, christiano ritu inunctus, omnique dein, ex Pontificali indulgentia, admissorum poena absolutus est. Quibus confectis, mortis tandem sopore correptus, inter adstantium preces et lacrimas, mediam ante noctem hora, placidissimo exitu, caelestem patriam miserrima hac vita mutavit. Quid nunc commemorem quo fletu, quibusque votis tota decedentem domus prosequuta sit? Optimi sane parentes una quibus filia est reliqua, amissum ocellum deliciumque sibi praereptum insolabiliter adhuc lugent; sed auctori Deo, quem in tanta calamitate sapientissimum providumque hominum arbitrum agnoscunt ac venerantur, magno fortique animo reddiderunt, rati eum ex periculo filium eripere, sideribusque maturius inserere voluisse.

Splendido Nicolaus elatus funere, in coemeterio, cui a nundinis nomen factum, secundo ab urbe lapide sepultus est; unde anno post Venetias translatus, ad Christophori martyris templum honorifice est conditus.

il conforto del premio, che su nel cielo mi aspetta. Ma a notte fatta, scemati alquanto i dolori, tornò tranquillo e sereno: nel quale stato veduto avendolo il padre, nulla perciò temendo questi di vicino pericolo, andato erasi a coricare. Se non che dopo non guari spazio, videsi essere giunto allo estremo. laonde fugli amministrato, presente l' intrepidissima madre, l' Olio santo, e data la Papale assoluzione. Dopo di che sorpreso dal letargo della morte, tra le lagrime e le preghiere dei circostanti, un'ora prima della mezza notte, passò placidamente da questa vita di miserie alla patria celeste. Or che mi starò qui a ricordare il pianto e i caldi desiderî, onde la famiglia tutta accompagnò la sua dipartita? Certa cosa è che gli ottimi genitori, a' quali non rimase che una figliuoletta, piangono ancora inconsolabilmente la perduta pupilla de' lor occhi, le lor delizie innanzi tempo rapite; ma però con forte animo e generoso a Dio autore lo resero, che nella grande sciagura riconoscono e riveriscono qual sapientissimo e provido arbitro degli uomini, ben persuasi aver lui voluto togliere il figliuol loro a' pericoli, e dargli innanzi tempo il paradiso.

Portato Nicolò con ricca funeral pompa alla chiesa, fu tumulato nel cimitero detto della Fiera a due miglia dalla città donde un anno dopo, tramutato a Venezia, fu onorevolmente sepolto in quel di s. Cristoforo.